ponit diſtinctionem Ray. quam recitat Io. An. fuiſſe Guar.
.& ponit de elect. c. licet canon. lib. vi. in ver. priuatus. quam
11 quia ibi ſcripta, hic non recito. † Inquantum eſt neceſſariū
pro intellectu huius c. dic ſi renuit quis ſe promoueri, vbi
beneficium non habet annexum ordinem, de quo hic ſpecifice loquimur, aut renuit impedimento, & perpetuo, aut renuit ſola voluntate. iſtos duos caſus hic proſequitur tex. Primo caſu ſi iudicialiter confitetur impedimentum notorium eſſe, poſſet deponi incontinenti, & immediate ex delicto, de accu. c. ſi conſtiterit. Si vero non confitetur iudicialiter, ſed ſecreto, ſeu pœnitentialiter, vel mixtim ei, ut epiſcopo ſecreto, non vt iudici, quia vt ſedenti ad banchum, & tunc procedit hæc dec. dico quod ordo procedendi eſt, vt ſi vtilem videat, aliter eum non cogat, nec priuet. ſi videt eum inutilem, alias eum cogat, & priuet ſtatim beneficio ñ ex vi delicti, ſed ex contumacia non parendi, quæ ſaltem iudicialiter habebit aſpectū veræ contumaciæ, & oſtendit iſtum ex contumacia, non ex delicto priuari. hæc vera, ſi ñ poteſt aliter eccleſiæ neceſſitati prouideri. ſi poteſt ꝑ alios illos ordinet, & illos iſtis præferat in ordine dignitatis, ordinis, & conſecutiuorum ad ordinem. de quibus de ma. & obe. c. ſtatuimus. Si omnino deficit in clericis, & neceſſitas ſubeſt, alias vtilitas, prouideat priuando. ſi reſiſtit ſola voluntate, debet ipſum primo priuare loco, quia debebit auferre voces in capitulo, vel quotidianas diſtributiones, vel aliter aggrauare, vt patet hodie in cle. quæ declarat iſtum tex. de æta. & qua. cle. vt hi qui. poteſt etiam ſi in contumacia perſiſtit ſecundo ad tempus beneficiorum redditus ſubtrahere, & ſi durat adhuc in contumacia, poterit ipſum priuare beneficio, vt dicunt hic Docto. Dicit tamen Inno. hic recuſantem ordinari non excommunicandum, ne ſic excō municatus pro manifeſta offenſa ordinari nō poſſit, ſed de hoc non curat, Io. An. remitti ad no. de præb. c. pro illorū, ſuper gl. pen. ſecun. Io. An. An. de Bu.

*SVMMARIVM.*

1 *Medicus qui aut ex negligentia, aut imperitia non ſanauit infirmum, nō poteſt ſine diſpenſatione promoueri, ſecus ſi mors infirmi non poteſt aliquo modo medico imputari. 2*
2 *Homicidium caſuale non inducit irregularitatem.*
3 *Doctor qui conſulendo per ignorantiam læſit tertium tenetur in foro animæ.*
4 *Doctor tam in legibus, quam in medicina, quas qualitates debeat habere. 6*
5 *Conſcientia licet ſcrupuloſa eſt ſequenda.*
6 *Medicus tenetur infirmum pauperem gratis curare.*
7 *Medicus medicans, qui pro danda ſanitate pretium recepit, an euitet crimen ſimoniæ?*
8 *Medicus de publico ſalariatus, poteſt a ſano ſalarium accipere.*

## CAP. VII.

AD aures. Euentus mortalitatis infirmi ñ impedit promoueri eius medicum peritum, ſolicitū, & traditiones artis obſeruantem. h. d. Communis diuiſio. Secūda ibi, Tibi breuiter. Caſus literalis. Quidam canonicus Coloniē. erat in phyſica eruditus. cum pluribus, ſecundum artē ſuā medicinam cum diligentia tribuiſſet, pluribus in contrarium ſucceſſit, quia medicinis perceptis mortis periculum incurrerunt. Iſte uolebat promoueri ad ſacros ordines. conſuluit dominum papam. papa ſuper hoc reſpondet, quod ſi ſuper præmiſſis conſcientia ipſum remordet, ad maiores ordines de ſuo conſilio non aſcendat. B. Not. phyſicum ex
1 ſolo artis exercitio non inhabilitari ad ordines. † Nota ii.
quod homicidium negligentia, uel imperitia commiſſum,
2 cauſat irregularitatem. † No. iii. quod homicidium alia ra-
tione cauſatum non attribuitur ad irregularitatem cauſan
a dam medico,[a] ſi ſecundum traditiones artis adhibita dili-
gentia, quam potuit, ſequutum eſt homicidium, & ſic vide
tur, quod caſuale homicidium, ſi non poteſt imputari cul-
3 pa, hoc agenti non cauſat irregularitatem. † No. ar. quod in
b foro animæ Doctor conſulens,[b] & ignorantia vel imperi-
tia non ſequens traditiones artis, tenetur pro eo, quod alte
rum conſulendo læſerit, & hoc tenet Cy. poſt Pet. in auth.
hodie, C. de iud. quando voluntarie aſſumpſit officium, ſe-
4 cus ſi neceſſitatus. † No. quæ exigantur, ut medicus medea
tur iuſte, & non incurrat periculum animæ, nec periculum
irregularitatis. Primo exigitur quod ſit eruditus. Secundo
quod experiatur ſecūdum traditiones artis medicinæ. Ter
tio quod diligens ſit in artis exercitio. ſic exigitur in conſu
lente, quod ſit peritus. quod ſecundum opi. communes, &
non ſophyſticas conſulta. quod in examinando factum ſit
5 ſolicitus, & diligēs, & non piger. † Vlt. no. ꝙ conſcientia q̄q̄
erronea, & ſcrupuloſa, ſequenda eſt, ſi non poteſt cum iu-
re informari, uide de ſimo. c. per tuas. ii. & de ſenten. exc.
c. inquiſitioni. Glo. omnes iuſtificant tex. & quærunt de ra
tionibus. Et nota. vl. gl. de conſilio, an & quando ſequen-
dum ſit, quia bona eſt. Quæ concludit conſilium reuerētiæ
6 imitandum, conſiliæm perfectionis non. † Quæro quando
debeat eſſe peritus, & diligens medicus, ne ipſi imputetur?
dic quod prudens debet eſſe ante factum, ut no. uerbum. eruditus, & in facto diligens, vt ſecundum traditiones communes, & non ſingulares det medicinas, & experimenta, ñ quæ præter, uel cōtra artem inueniūtur. Item & poſt factū, quia debet adhibere diligentiam, de quo in ſum. co. ti. §. or
7 do, ver. hæc uidentur. † An medicus[c] teneatur infirmū pau-
c perem, vel diuitem nolentem ſoluere, vel volentem ſume-
re medicinam, gratis medicare? nu. lxxxiii. diſt. c. i. & ibi ꝙ ad pauperē determinatur, quod tenetur gratis curare, quo ad diuitem tenetur curare, ſed non gratis, quia poſt poteſt repetere. Item habetur ibi quæſtio, an quis redimere teneatur vitam alterius, uidelicet quando uidet aliquem vel le interficere alium niſi det ſibi pecuniam. vide in Spec. de ſalariis. §. i. Et quomodo pœnam ſimoniæ euadat medicās qui pro danda ſanitate pretiū recipit, no. i. q. i. c. qui ſtudet, & quomodo medicus a ſano ſalarium recipit, ubi non liceret ab infirmo, vide de poſtu. cap. i. in glo. notandum, quod
8 vbi. † Not. ꝙ q̄q̄ medicus ſalariatus de publico nō poſſit ab
infirmo ſalarium exigere, tamen poteſt a ſano exigere, dic vt ibi ſecundum Io. An.

ADDITIONES.

a ¶ Ad irregularitatem cauſandam medico. Adde plene per glo. in ſum. de homi. in prin. ubi dicit, quod medicus phyſicus vel chirurgicus, qui artem exercuit, licet infirmus moriatur in eius manibus intermedendum, poteſt tamen ad epiſcopatum, uel ſacros ordines promoueri, ſi in medendo habuit conſcientiam ſaluam, allc. hunc tex. pro quo facit glo. in l. ex maleficiis ff. de ac. & ob. Flo. in l. iiii. § Proculus. ff. ad l. Aqui. Spe. in ti. de diſ [illegible] §. iiii. uer. item exercens. Arch. & Gem. in c. qui arborem, & in c. de his. l. diſt. & Car. in cle. i. q. xii. de hom. Zac.

¶ Ad hoc, quod de medico dicitur, adde quod medicus exercens chirurgiā aut artem medicinæ phyſicam quamuis intermedendum infirmus moriatur, poteſt ad ſacros promoueri, ut no. in c. ad aures, de tem. or. & in cap ſuper ſpecu. ne cle. uel mo. & in c. ſi quis a medicis, lv. di. ubi per glo. vbi forte ꝑ imperitiam aut per eius culpam infirmus moriatur quia tunc non euaderet irregularitatem, ſed etiam teneretur in conſcientia ad reſtitutionem ſalarii pro medendo, ut per Hoſt. in ſum. de pe. in §. quibus, in uer. quid de officialibus, & uide tex. in c. abſit, l. di. qui dicit, ꝙ medicus dans medicinam contrariam dicitur hominem occidere, & generaliter an, & quando euentus mortalitatis infirmi imputetur medico ultra ea, quæ habentur in c. ad aures præal. uide in c. tua de hom. & in c. ſi quis a medicis, lv diſt. Et adde, quod medicis imputatur multum imperitia, ut eſt tex. in l. i. licitas, §. ne potentiores, in fi. ff. de of. pra ſi. & quando medicus dubitat an medicina debeat nocere infirmo, non debet illam ſibi dare, debet enim potius infirmum relinquere ī manu creatoris quam eius uitam committere incerti udini medicinæ, l. item ſi. ff. ad l Aqui. Ant. Fran.

b ¶ Doctor conſulens. An conſultor dans reprobum conſilium teneatur de imperitia, quæritur bar in l. ſin ff. de var. & extra. cog. & in l ex maleficiis in prin. ff de actio. & obl. & no determinate, & idem facit Abb. in c. paſtoralis §. quia uero, de of. dele. Ang. vero in l. filiu fa. ff. de iud tenet, quod non teneatur ſed iudex. ſequitur ibi Pau. de Caſt. ſed uide multa circa hoc congeſta per d. Geor. Nattam, in repe. clem. ſæpe, §. quæ omnia, col vii. & viii. de uer. ſig. Et de medico, an teneatur uide Car. Alex. in c. i. lxxxiii. di. Seb. Sap.

c ¶ An medicus. Vide B Tho. ii ii. q. lxxi. ar. i. ubi dicit q̄d medicus tenetur curare pauperem, quando eſt in extrema neceſsitate, ita quod ſi nō curaret, moreretur, alias non tenetur, refert & ſequitur Fel. in c. i. de of. iud. ubi idem dicit in aduocato, uide quæ no. Dec. in c i. col. xxvii. uer reſtringitur prima limitatio, de prob. ubi ponit, an notarius teneatur facere ſcripturas pauperib. gratis, & no. etiam d. Iaſ. in §. omnis, in uer. tripli. co. pe. Inſ. de ac. & omnino uide Car. Alex in c. non ſatis lxxxvi. diſt ubi per multa concludit, q̄d qui poteſt facere eleemoſinam conſtituto in extrema neceſsitate, & non facit, peccat mortaliter. de quo etiam per Felin in capitu. i. col. ult. i. diſ. Seb. Sap.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio debet continere perſonam citantem, & perſonam quæ committit & perſonam ad cuius inſtantiam fit.*
2 *Contumacia poteſt puniri per alium iudicem de mandato iudicis primi.*
3 *Suſpenſus perſeuerans in ſuſpenſione, an ſit ipſo iure priuatus beneficio. 4*
5 *Sententia limitata ad certum tempus, uel cauſam, an ceſſet finito tempore, vel cauſa?*
6 *Suſpenſio ad quid afficiat ſuſpenſum. 7*

## CAP. VIII.

CVm bonæ. Qui ſtetit per annum in ſuſpenſione, priuatur beneficio quod prius habebat, & quod poſtea acquiſiuit Sunt duæ partes conſultatio, & reſponſio. Secū da ibi,